

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XLIX. De Reliqvis Delictis Qvae Germanorvm Leges Vindicant.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

## §. DXXXII.

An confis-  
cationi bo-  
norum lo-  
cus sit?

1102

Territorii domino committuntur qui-  
dem numi falsi (§. CCCXLIV.), non ta-  
men omnia falsarii bona *d*). Itaque fru-  
stra quæris: Num bona ipso iure in com-  
missum cadant, nec ne?

## TIT. XLIX.

DE

RELIQVIS DELICTIS  
QUAL GERMANORVM  
LEGES VINDICANT.

## §. DXXXIV.

Vsuraria  
prauitas.

Qui dolo malo VSVRARIAM PRAVI-  
TATEM exercuit \*, seu usuras mo-  
dum legitimum excedentes a debitore  
suo exegit petiitue iudicialiter, priuatur  
fama, quarta parte sortis, iure testandi  
& honesta sepultura *e*); licet debitor le-  
gibus contra usurariam prauitatem latis  
renuntiaffer.

\* Itaque huc non pertinent, (a) qui sibi  
stipulati sunt, non tamen petierunt, usuras cente-  
simas; (b) qui usuras ultra alterum tantum exe-  
gerunt.

## §. DXXXV.

Carceris ef-  
fractio a  
commenta-  
rientibus,

CARCEREM EFFRINGUNT uel  
*commen-*

*d* R. I d A. 1578. 1530. tit. 26. § 7. de A.  
§. 75. KRESS ad C. C. 1548. tit. 7. §. 7. de A.  
c. art § f. 1577. tit. 17. §. 8.  
*e*) Ref. Polit. de A.



*commentarienses uel incarceratus uel alii.* Isti (a) eodem supplicio adficiuntur f), ad quod sententia iudicis iam condemnatus erat, quem e carcere dimiserunt, aut, ut euadere posset, fecerunt, *dolo malo*; si (b) *culpam* tantum commiserint, pro huius diuerso gradu mox fustigationis mox relegationis mox carceris mox pecuniariam pœnam g) sustinere, atque præterea sumtus, ad recuperandum reum carcere elapsum erogatos, ferre tenentur. Quod denique (c) pœna talionis hodie sit rarissima h), atque (d) nulla pœna commentarienses maneat, ex quorum singulari uasfriria deceptorum i), custodia aufugit, casuue elapsus est reus, res ipsa loquitur.

§. DXXXVI.

*Incarceratus* effringendo carcerem se <sup>in carcerato</sup> (1) magis suspectum reddit de commisso <sup>uel</sup> crimine, cuius accusatus est k), non tamen (2) ulli pœnæ propterea hodie subiacet, præsertim ubi conniuentia & negligentia custodum aufugit, nulla ui singulari adhibita.

§. DXXXVII.

*Exteri*, qui effracto carcere fecerunt, <sup>aliis facta.</sup> ut

S 3

f) C. C. art. 180. §. 1.

g) ib. §. 2.

h) CARPZOV *pr.*  
*crim.* qu. 111. nr. 84. seq.

i) LEYSER *sp.*  
DLXIV. m. 11.

k) C. C. art. 25. §. f.



ut incarceratus effugeret, pro modo effractionis, malitia effringentis & gravitate criminis incarcerati puniuntur. Scilicet (a) qui *per seditionem* effregit, ut reus fractæ pacis publicæ punitur; fin (b) effractio *per aliam vim atrociolem* facta, arbitraria pœna locum sibi vindicat, nisi ex carcere dimissus reus fuerit criminis *per duellionis* (§. DVII, 6.). Denique (c) mitius agi debet cum iis, qui eam effracti carceris causam, qua dolus imminuitur, laudare possunt. l).

## §. DXXXVIII.

Cr. dardanariatus

*Dardanariatus* crimen dicitur quilibet actus dolo malo ad id susceptus, ut annonâ fieret carior. Itaque prohibito pro polio m), fraudulenta rerum, quæ ad uitum pertinent, coemtarum suppressione & alio modo committitur. \*

\* Ius Romanum huc quoque refert eos, qui falsum circa pondera & mensuras committunt.

## §. DXXXIX.

pœna.

Cuius criminis pœna, quæ in publicatione bonorum \* & relegatione aliaue pœna arbitraria consistit n), infligi nequit ei, qui merces, quas ut se aliosque a futura

l) CLASEN ad c. a. *lio iuste prohibito.*  
p. m. 578. MATTHÆI  
*de crimin.* ad lib. XLVII. n) *Ord. Polit.* 1548.  
ff. tit. f. c. 4. nr. 5. tit. 18. §. 2. 5. & de A.  
m) GRASS *de propo-* 1577. tit. 18. §. 1.



futura inopia defenderet o), aut principe permittente coemit, nisi tempore caritatis p) uenales non habet.

\* Praxis non nisi annonæ suppressæ publicationem approbat.

§. DXL.

Collegium, quod sine principis consensu coiit, dissoluitur & illius membra coercentur ex iudicis, causam collegii & qualitatem coeuntium attendentis, arbitrio q).

Collegium  
illicitum.

TIT. L.

DE

DELICTIS MINISTRORVM PRINCIPIS.

§. DXLI.

Ministri principum uario delinquant modo, speciatim ubi (a) principi in deum aut superiorem peccanti adstant r), (b) arcana principis reuelant amicis & domesticis suis, (c) officia publica principe prohibente negotiantur s) &c. Eorum pœna est priuatio salarii, honoris, muneris, & pro qualitate damni

Ministri  
principum  
quando delinquant &

S 4

princi-

o) BRUNNEMANN *Dardanarius?* §. II. 12.  
*de Dardanariis* c. 4. n. q) HEIL c. 1 p. 452.  
 7. HEIL *iud. & defens.* r) LEYSER *Spec.*  
 p. 444. DLXXI. m. 20.  
 p) KRESS *probl.* s) *Id. c. spec. m. 38.*  
*Virum Iosephus fuerit*